

3

Περὶ ἀποδόσεως εἰς τὴν κυρίαν ἐκ τοῦ οἴκου Νταβαντζάγου ἑνὸς στρατιωτικοῦ τιμαρίου.
1271 Νοεμβρίου 30.

F^o 30^r Cuiusdam mulieris de ca Dauanzago, de una militia Crete.

- 1 Millesimo ducentesimo LXXI. Indictione xv, die ultimo mensis Nouembris.
Capta fuit pars quod mittatur precipiendo duche et consiliariis Crete per
sacramentum quod debeant restituere illi mulieri de ca Dauanzago, illam militiam
que ei ablata fuit per ambaxatores qui iuerunt Crete, satisfaciendo communi ut
5 fecerunt alii, et tenendo eam uarnitam ut est ordinatum.

4

Περὶ τῶν θυγατέρων τοῦ Μανουὴλ Δρακοντόπολι, εἰς τὰς ὁποίας ἐπιτρέπεται γάμος μετὰ Λατίνων
παρὰ τὰς ἀπαγορεύσεις. 1272, Φεβρουαρίου 12.

F^o 30^r De filiabus Manuelis Dragondopolis.

- 1 Millesimo ducentesimo LXXI. Indictione xv, die xii exeunte Februario.
Capta fuit pars, quod filie Manuelis Dragondopolis possint maritari in Lati-
nos non obstante aliquo consilio contra hoc ordinato, quod quantum in hoc sit
4 reuocatum.

5

Οἱ ἐν Κρήτῃ δουλοπάροικοι τῶν de Rosa, δὲν ὑποχρεοῦνται εἰς καταβολὰς πρὸς τὸν Νικόλαον Γκί-
ζην, ὥς οἱ ἄλλοι οἱ δοθέντες αὐτῷ ὑπὸ τοῦ πρίγκιπος Ἀχαΐας καὶ τῶν βαρόνων Μωρέως καὶ
Εὐβοίας. 1272, Αὐγούστου 13.

F^o 30^r Pro Nicolao Gysi.

- 1 Millesimo ducentesimo LXXII. Indictione xv, die xiii, intrante Augusto.
Fuit capta pars, quod uilani dati Nicolao Gysi filio Marini, per principem et
alios barones Moree et Nigropontis, exceptis illis illorum de Roza, qui sunt in
insula Crete, dari ei debeant, cum ista conditione, quod nullum habere debeat
5 neque possit, qui sit datus alicui militi, uel alicui persone, aut deputatus alicui
feudo uel alicui terre siue casali communis, et quod faciet securitatem quod ibit
ad principem, et faciet quod princeps mittet per suas litteras, et promittet quod
dabit omnes uillanos qui de terris domini Ducis iuerunt uel de cetero ibunt ad
terram suam, et si non fecerit quod non teneat, et quod nullum possit trahere
10 de terra.